Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8266
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



nisi: magis aiit diabolus in corde tuo cogitans: cui uno te potuit superare: discedit a te: Quasi uno recedente concupiscentia: incipit cor tuum exultare: quia euasisti periculum illum malum: et quasi quam hoc in te tacere letatur: et gratias agit deo: Cognosce quomodo recessit a te diabolus: et post repulsionis victoriam: accedens angelus ministrat tibi: et ille loquitur intus: et grandis operatur: Quia ministrabant ei angeli sancti: In quibus aut rebus illi ministrabant scire non possumus: Verum ad sanitates infirmitatum: quae admodum et per angelum raphahel sanauit tobiam: an ad correctionem aerum: an ad effugationes demonum: quemcumque mirabilia opera sua per angelos facit: Verum est: Angelus autem facientibus: ipse facere videtur: qui dat illis faciendi praeceptum et potestatem. Tamen manifestissimum est: quia et si ad opus ipsius ministrant ei: non propter necessitatem in potentiae eius ministrant ei: sed propter honorem potestatis ipsius: Nam ministrant ei: non adiuuant eum:

Cum audisset autem quoniam Iohannes traditus esset: secessit in galileam. A quo? Sine dubio a deo. Nam peccator in peccatore. Quia in uirum suum nemo potest aliquem: nisi tradiderit eum deus: Nam peccator in peccatore fortissimus potest: quia nec est valde sub cura dei peccator: In homine autem dei sine dubio nihil potest: quoniam protector est omnium sperantium in eum: Sic enim dicit et alibi: Nonne duo passeres a sese uenient: et unus ex eis non cadet super terram: sine praecepto patris uestri: Quanto magis nos modice fidei: Nestri autem et capilli capitis omnes numerati sunt: Omnis ho quantum uis fuerit malus: propter quam faciat aliquem iniquitatem: quasi tardior est ad opus iniquitatis: Quasi semel cepit facere iniquitatem: ita pacator fit ad omne opus iniquum: Sicut enim bestia quamuis sit naturaliter seuia: tamen si exercitata non fuerit: non facile se sinit hominem tractare: Si autem homo occiso: aut aliquam aliam bestiam sanguinis accepit gustum: ita si uiderit hominem: sine aliqua mora irruit super eum: Sic et herodes: Et si propter erat iniquus: tamen postquam propter correptionem adulterii sui est exasperatus: Opus pessimum audius est facere: Johannem reducere in carcerem: se ipso iniquior fit audacior: fiat sibi metipsi reus: cum omnibus conscientiis sibi mereis in morte johannis quod sciens omnis: secessit inde: non ipse timens mortem: sed propter duas causas: Primum ut passionem suam optimo tempori reseruaret: deinde ut nobis fugiendi periculum exemplum: Nam quoniam ille timebat periculum repulsionis: sed quanto nos adhuc? repulsionis: Si enim ideo per omnem viam iustitiae processit quasi magister: ut nos eius sequamur ipsi discipuli: manifestum est quoniam non consideraunt quid ipse possit: sed quanto nos impleri potamus: Si autem ea fecisset propter quae ipse potest facere: et non nos discipuli eius esse non potuimus sequi eum non qualiscumque:

Et relicta ciuitate sua Nazareth: uenit habitauit in capharnaum: in finibus zabulon et nephtalim: Diuina doctrina historia haec ante omnis transmigrare fuit in babilonia Commenient quoniam quos autem omnis ira dei possitis: nos primum dei misericordia uisitauit: Et qui primum ducti sunt in captiuitatem corporalem: ipsi primus de spiritali captiuitate reducti sunt:

traditus iuit iohannes

Nō